



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

XIV. Die Maii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

*Labores.*

cis post obitum diebus illi se spectabilem stitit, ut fertur, gratias egit, Primò quod ab eo laboribus fuisse liberaliter occupatus; deinde quod pœnis quoque, non infrequenter ad labores, ac religiosam frugem exercitus.

## P. HIERONYMVS FISCHER.

Bohemus in  
sylua casus.  
23 Maij 1634  
ætat. 56.  
Soc. 10.

*B.V.**Dicte à  
mortuo.*

**G**racij Styriae literis operam dedit. Deiparae Virginis religiosè additum addictus, eiusdemque Foyensi lapillo à peste ibidem repente curatus. Quidam de Societate (quocum Hieremias in singulari Dei Matis cultu peculiari quadam necessitudine conspirarat) post mortem illi apparuit, & ardenter alias in Hieremias pectore in colenda Deipara pietatem acris inflammauit, cum dixit: *Sibi penes Beatisimam Virginem bene esse: secuturum est ipsum breni; sed via duriore.* Quæ autem illa fuerit, seu tunc seu alias, certè diuinis, intellexit Hieremias, dum eas quas dixi mortui amici vo-

ces amico cuidam referens, adiecit: se in sylva quapiam cæsum iri. Factum id in ea sylva per quam iter in Poloniā intendebat Hieremias cum Glogouensi Collegio tunc præcesser. Ibi humi procumbens, & IESVM, ac MARIAM inclamans, ab hæreticis militibus *Iesuitas*, *Iesuitas* furenter succlamantibus pergeat prohibitus, & globo plumbeo traiectus est, socijs fugâ lapsis. Percussor ferè post semestre, globo simili & ipse in duello iactus interiit. Parcebat aliorum vitæ, spolijs contenti hi milites grassatores; at *Iesuitas* pessimè oderant, eò quod dicerent eos ministris hæreticis esse perfidios; item Romanam Ecclesiam nec progressus tantos habituram fuisse in Germania, & facilius ab hæreticis labefactandam, nisi hoc genus hominum pro illa tam solerter satageret. Audit sunt ijdem exprobare, quod idola Catholica (ita illi Sanctos vocant, atque imagines) suis opitulari non possint; sed Catholicos, ac etiam *Iesuitas*, prostrati finant ab hostibus. His nempe imbuti in Sociorum vitas grassatis sunt.

## XXIV. DIE MAI.

### P. CAROLVS SAGERIVS.

Gallas Tur-  
none. 24.  
Maij 1596.  
Soc. 45.

*Humilie.*

**A**d omnem literaturam humiorum, Philosophicarum ac Theologicarum disciplinarum ut scitè idoneus, ita obedienter promptus fuit etiam post maiora tractata se ad minora demittere. Probitatis magna, ac doctrinæ famâ illud obtinuit, ut ne coriphæos quidem hæreticorum cum Societate conferendos esse vulgo di-

ceretur. Veneno sublatum è vita tumor incessit: neque id ab hæreticorum ingenio alienum fuisse haud ambiguis experimentis accepimus. Cæterum Carolo illud quoque peculiare, ac inter paucos proprium fuisse in Societate videri potest, quod in illa secum tres fratres suos, ac demum Patrem quoque Societati adscriptos lætus aspexit.

**PANTO-**

In Societate  
Pater cum  
quatuor filiis.

Hisp  
Rom  
Maij 15  
Soc. 2

*Humili*

P. A N T O N I V S  
D E M E N D O Z A .

Hispamus  
Romæ 1594.  
Maij 1596.  
Soc. 12.

Humilitas.

**C**Ormis de Orgaz filius. Cum se in Tyrocinio in culina inter ollas quas perpurgabat videret, se allocutus horrabatur, ne tempus ac se perderet, ageret serio, ut dimissis ijs quæ mundus estimat. Margaritam cæli in humilitate hac inueniret. Variâ, etiam Prouinciarum, rectione laudatè perfunctus, Romæ anno 1593. quintæ Cong. Generali interfuit, pro Hispania electus apud Claudium Generalem Assistens. Humilitas illi semper in corde, sæpè in opere. Rector cum esset, nuncianitoris officium obiuit, nunc in culina operam coco addixit, nec inde abiit illius iniussu. Nouarios cum regeret, ipse illos in ijs quæ manu fiunt operibus instruebat. Mirâ humanorum respectuum contemptione fuit præstans, profundâ suorum natum obliuione illustris, prudentiâ in iudiciis aliorum exquirendis & expendendis perspicaci acutus ac solidus: vnde illi fortis animus ad ardua

peragenda, quippe probè secum & cum suis expensa prius atque prouisa. Valerudine licet pertenui esset, præter crebra flagra, tamen cilicio semper vtebatur toto corpore coopertus. Vestes attritæ, calcei à veteramentario refecti; & quicquid à suis filijs optat sancta paupertas, quicquid Angelica puritas, totum in illo eluxit. Obedientiam talem Deo charam esse aiebat experimento, quæ domine honores quidem recufaret. In Indicæ nauigationis tempestate securus sui, & splendore coruscans, Litanias recitans est repertus. Nulli solebat respondere, nisi modicâ cum Deo consultatio ne præmissâ. Aliunt de suâ morte fuisse diuinatus redditum certiorem. Medicis dicentis ut fenestras aperiri iuberet, ac cælum iam vicinum respiceret, commonstrato Crucifixo: En cælum, inquit, meum, & mea tota letitia. Rogauit Patrum quandam, ut Deo gratias nomine suo quam maximas posset redderet, pro tot beneficiis quæ in vita omni accepérat. Vno postquam sepultus est anno, & semestri elapsò, corpus eius candidum, facile, ac integrum vñā cum vestibus est repertum.

Mortis.

Oratio.

Mors.

Crucifix.

## XXV. DIE MAII.

P. I O A N N E S  
MORTAIGNE.

Belga Tornaci. 25.4.  
Maij 1583.

Fides.

**T**ornaci Rector cum præcesser, hæreticis armis vbiique circumstrepentibus in pago quodam per octo dies latuit, inde in horreum stramine coopertum translatus, ibi clam Catholicis aduenrantibus Sacra menta ministravit. Viētu tenui, ac propè inædiâ sese sustentans, & tamen in antro illo ita hilaris, vt se numquam

lætiorem fuisse prædicaret, magno eorum apud quos delitescebat, & post 40. quoque annos celebrato exemplo. Cum per dolores podagræ totis aliquando noctibus nihil somni posset admittere, laudes Deo assidue dicebat, & sæpè etiam canebat. Fiduciâ in Deum fuit insigni, nec sine operæ pretio luculentō, cum aliâs, tum verò eo tempore, quando ipso Tornaci Rector, tertio Bacchanalium die, seu tertiat ante diem cinerum feriâ vix aliud domi erat, quam siccus panis. Rogatus num veller consuetum ære

Fides.

Patientia.

Fiducia.

Deum.

N 2 cam-